



Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

IX. Refelluntur nonnulli qui hanc Eclipsim, & hunc terrae motum, esse negant ea quae à Phlegonte notata sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO III.

2

Ebræi proceres, Thalmudici conditores operis, nec teterimi Christi adversarii infinitati sunt, Celsus, & Julianus, quorum ille, cum rem negare non posset, falsam rei causam commentus est, incantamenta scilicet & praestigias, hic rem non negat, sed veribus elevarе studet. Profigatum à Jesu, & coercitam vim Dæmonum queritur Porphyrius; ubi non mirum est, ait peste urbes vaftari, unde Aesculapius, aliquie Di excesserint, quippe post admissionem Jesu cultum nihil Deos hominibus vulgo professe.

VII. Mortem vero Christi quod attinet, tot eam monumentis, tam claris & insignibus consignatam repieres; nihil ut certius & manifestius memoria vetus tradidere. Commemorabilis in eam rem Taciti testificatio, qua cum à Nerone Christianos exquisitus affectos supplicii dixisset, hæc addit: *Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat.* Hinc Christus, ἀνθρώπος, à Græcis appellatur: à Judæis vero usitato nomine, תָלִין, *Suspensus*; & Christians, עֲבָרִי תְלִין. *Cultores Suspensi.* Et in Thalmudico libro Sanhedrin legitur: בָּעֵר, *In vespera Paschatis suspenderunt Iesum.*

VIII. Mirabilis illa Solis defectio, & ingens terra motus, quæ moriente Christo contigerunt, itidem narrantur à Phlegonte illo supra laudato, libro Olympico-^{de Solis de-}rum Chronicorum decimo tertio : τῷ δὲ τοῦ ἡ σεῖς ὀλυμπιάδος ἐνθέστο εἰδεῖς οὐλία, terra motu, περὶ τῆς ἐγκατεστόμενων αἰτίου, καὶ νῦν ὅρα εἰς τὸ μέσον τοῦ θύμου, ὃς καὶ αἰτίας εἰ γε moriente φεγγῷ φανῆναι σφιζει τὰ μέρη τῆς Εὐαίας ψύρρος τοῦ πολλὰ νησίου πυτερέστων. Quia fuit virtus Hieronymus: Quarto autem anno CCC Olympiadis (is est scilicet Tiberii decimus octavus, qui annus Christo emortualis fuit) magna & excellens inter omnes qua ante eam acciderant, defectio Solis facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stelle in celo vise sint, terraque motus in Bithynia Nicæa urbis multas ades subverterit. Atque hæc ipsa in aliis Ethniconum commentariis reperiuntur testatur in Chronicis Eusebii, testantur & alii. Quos inter præcipua est Thalli auætoritas, quem libro Historiarum suarum tertio eamdem Eclipsim memorasse prodidit insignis temporum meator Africanus. Eamdem autem notari & in Evangelistis, & in Phlegonte historiam tria ostendunt potissimum; quod in eundem annum utraque incidat, annum nempe Tiberii decimum octavum; quod eadem diei hora contigerit utraque, sexta nimurum; & quod insignis terra motus utriusque admirabilitatem vehementer auxerit. Merito itaque Christianorum caussam apud Ethnicos agens in Apologetico Tertullianus, miraculi hujus testes citat tabularia ipsorum & publica instrumenta; five quæ a Recto-ribus Provinciarum, five quæ ex instituto Cælaris conficiebantur, in que diurna referebantur Acta Populi & Senatus. Eodem momento, inquit, dies medium orbem signante Sole subducta est; deliquium putaverunt qui id quoque super Christo predicatum non sciabantur, & tamen cum mundi casum relatum in Archivis vestris habebitis. Archiva eadem jam ante Nicomediæ coram Prefide citaverat Lucianus Antiochenus martyr, cum diceret: Consulte Annales vestros, invenietis Pilati temporibus, dum pateretur Christus, media die fugatum Solem, & interruptum diem. Hoc Annalium nomine Acta publica sæpe notantur apud Historia Augusta Scriptores. Accuratissima vero & attentissima observatione dignum est, quod habet nupera Sinensis Historia Hadriani Greflonii, adnotasse Sinas in rerum suarum monumentis, ad id tempus, in quod annum ætatis Christi tricesimum secundum nos Christiani conferimus, circa mensem Apriliem, solare deliquium præter ordinem naturæ & leges curriculis Astrorum præfixas contigisse: qua rei novitate Quamvutum Imperatorem vehementer fuisse commotum.

X. Factum itaque est imprudenter à Kepplerio , viro aliquo candido , & Astronomicæ artis peritissimo , & contra ac Christianum hominem decuit , cum memoratam illam à Phlegonte Solis Eclipsim in annum secundum rejecit Olympiadis ccii , diem vero Novembri mensis vicefonsim quartum . Nihilo magis ferri potest Gerardi Vossii , optimi itidem viri & eruditissimi ratio , cum aliam à Phlegonte notari vult Eclipsim , quam quæ in Evangelis descripta est . Cuius opinionis has causulas affert . Phlegon , inquit , hanc Eclipsim pro naturali habuit . Unde id collegerit , non addit . At deceptum eum , perinde ut alios eximie eruditioris viros , verisimile est vocabulo Eclipsis , quod naturalem duntaxat sideris defectum significare rati sunt . Id quantum à vera ratione repulsum sit mox ostendero . Scripti quidem Origenes non adnotasse Phlegontem plenilunio calum hunc contigisse . At neque interlunio factum id adnotavit . Quare rem in medio reliquit . At longe aliter verba Phlegontis interpretatus est Africanus : φλέγων , inquit , ἵστηται τοῖς πλεισταῖς κύρσαις εἰς πανσελήνων ἐπελεγμέναις γεγονόται . Narrat Phlegon imperante Tiberio Cesare Solis Eclipsim plenilunio contigisse . Hæc extant in Chronographia Georgii Syncelli . Philoponus quoque , libro secundo De mundi creatione , Phlegontis testimonium longe alius conceptum verbis representat ac Eusebius . τὸτε τὸ σκότος , inquit , μάζαν δὲ τὸ νοτίο ταῦτα καὶ φλέγων εἰς τὸ ὀλυμπιάδιον εἰρηνῶν . Refellentur nonnulli qui hanc Eclip- sim , & kund terre moratu ejus negant ea quæ a Phle- gonte nota- sunt . Kepl. in Ec- clög . von. Harm . Evang . libt . 24 cap . 10 . Origen . in Math .

PROPOSITIO III.

λέγει δὲ ὅτι σολεῖρρ (lege πατέρων, ut legit ipse Philoponus pagina sequente) ἔτει δὲ σόληνος τῆς δύστηρας οὐλυκτάσθε, ἐγένετο τὸ λίτιον ἐπελέγεις τοῦ ἑγροσθένους φεύγειν. Harum tenebrarum, vel huius potius noctis meminist & Phlegon in Olympiadibus. Ait enim anno quarto ducentesimo secunda Olympiadis, contigisse Eclipsim Solis, cuiusmodi nulla ante cognita est. Quæ ne quis apud ipsum Philoponum mendosa putet, subjicit: ὅτι δὲ ὁ στρατὸς τῆς Δεσποτᾶς χρυσές φρούρια τὸ ιλίον ἐπελέγεις, καὶ μέχρι ἐπεισόδου, ευκάληπτον καὶ φλέγων, περίτοις μὲν, ὃ τὸ λαζαρῖνον ἐπεισόδου τὸ πιαστὸν ἐπελέγεις τοῦ φεύγειν καθορίς, τοῦ δὲ διαλογίου.

Herod. libr. 7. Meminissi autem Phlegontem ejus Eclipseos, que contigit cum Christus Dominus de cruce penderet, & non alterius, lique primum ex eo quod ait superioribus temporibus cognitam non esse Eclipsei huiusmodi. Quæ si germana Phlegontis lectio est, Eclipsim quidem vocaverit Solis defectum hunc, sed cui Eclipsei numquam similis contingit. Reète sane, nam quoquaque modo Sol deficiat, ἐπελέγειν dici potest, & omnis defectus, sive ordinarius, sive extraordinarius, est ἐπελέγεις. Testem damus Herodotum, qui Solem ait ἐπελέγοντα, cum Xerxes trajecit in Graeciam: ὅμηνδρῳ δὲ οἰ, οἱ θλιψιὲς ἐπελέγονται τὸν τὴν ἡράντιον ἀπάντιον, ἵνα τὴν νέφελον ἐντονεῖ, αἴσιον τὸ τοῦ μάλιστα ἄντι ήμέρης τὸν νέφελον. Eo vero movente, Sol suam in calo stationem deservere defecit, cum nulle tunc nubes essent, verum aère valde fido: & pro die nos facta est. Atqui ordinaria Eclipseis haec non fuit, sed prodigialis & portentosa, ut demonstravit Peravius. De Carneade sic dicitur Hesychius Illustris: καρναδὸς λέγει φιλόσοφος τελεθεούστως, οὐ στλεῖν εἰτελέσθαι, καὶ δὲ θλιψιὲς ἀνατείπεται εἰνέσθαι. Carneade Libye Philosopho mortuo, defecit Luna, & Sol obscurus factus est. Quæ verba Suidas descripsit. Vides Solem & Lunam simul defecisse, quo casu incertum est: non usitata haud dubie fuerunt hi defectus: & tamen Luna dicitur ἐπελέγοντα. Quare valde falluntur Scaliger, & Vossius, qui Phlegontem significasse volunt naturalem Eclipseim. Fallitur etiam Origenes, qui quod apud Lucanum, pro eo quod vulgo legitur, καὶ στρεπτὸς ἐγένετο ἡ θλιψιὴ ὅτι οὐλίον τὸ γλυκάντιον, καὶ στονόν θλιψιὸν. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, & obscuratus est Sol; exemplaria nonnulla habuerint, καὶ στρεπτὸς ἐγένετο ἡ θλιψιὴ γλυκάντιον, καὶ στονόν θλιψιὸν. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, deficiente Sole; supposita haec opinatur ab Hæreticis, ad depravationem sententia, ut reprehensionibus obnoxia essent Evangelia. Utcunque enim scriperit Lucas, eadem exurget sententia, ab omni reprehensione tuta. Fallitur & ipse Africanus, qui Thallum reprehendit, quod hunc defectum Eclipsei appellaverit. Mala autem fide Phlegontem citat Bodinus in pestilentia Dialogo, cui titulum fecit, De abditiis rerum sublimium arcanis, in quo Iudaicum omne suum virus evomuit. Fingit enim Phlegontem Eclipsei hanc in annum quartum Olympiadis ccxi adscripturam Phlegon, de loco Solis siluerit. Falli denique videtur Tertullianus, cum ait loco proxime indicato: Deliquum putaverunt, qui id quoque super Christo predicationum non scierunt: delinquum enim vere fuit; at insolitum, & præter naturam. Sed redeamus ad Vossium: Terra motum, inquit, in Bithynia fuisse narrat Phlegon, at silent de terræ motu in Palestina: nempe singulas regiones motu hoc concusfas percensere non instituerat; sed eam notare latitudo habuit, quam vehementer afflactam ac præ multis percussam esse sciverat. Si tam miraculosa, inquit, Eclipseis variis terris fuisse confecta, non solus Phlegon ejus meminisset. Vero, & meminit quidem Thallus; meminerunt & Sinenses: & ut meminisset præter Phlegontem nemo, parum initiali arguento tribuimus. Eadem quoque ratione usus jam ante fuerat Origenes, cum probare vellet Iudeam solam has tenebras sensisse; cujus rationis infirmitas convicta est. Poteramus & Dionysii Areopagitæ testimonio pugnare, qui in Epistola ad Polycarpum, rem à se, & ab Apolloniane Sophista, Heliopoli Ægypti observatae narrat: verum quoniam has Dionysii Epistolas, aliasque ejusdem scriptiones in controversiam vocari video, neque sane immerto, si quid judicio valeo, hac prætermittimus.

De morte
Jacobi fratris
Domini.
Gal 1, 19.
Euseb. Hist.
libr. 1, cap. 21.
Origen. libr. 1,
& 2, contra
Cels. & in
Manh. 11.
Euseb. lib. 2,
Hist. cap. 21.
libr. 22, cap. 8. X. Jacobi interitum, ejus qui fuit frater Christi, (ἀδερφὸς τῶν Graeci appellant) quemque sibi vīsum fuisse tradidit Paulus, in literas retulit Hegesippus, scriptor Apostolorum temporibus proximus, in quinto libro Commentariorum, cuius narrationem Historia sua Eusebius intexit. Cäsum eumdem Jacobi, paulo quidem aliter ac Hegesippus, & Anani Pontificis, à quo letho datus est, crudelitatem disertis & insignibus verbis commemorat Josephus, atque id factum bonos omnes detestatos esse ait, hancque potissimum fuisse cauſam, cur Deus ejusmodi impietatem ulciscens tererrima strage Hierosolymam excinderet. Testimoniorum Josephi alterum recitat Origenes in libris contra Celsum; utrumque Eusebius; quorum nunc unum duntaxat apud Josephum reperire licet. Nos utrumque, quoniam ad rei memoriam illustria sunt, & expressam Jesu Christi mentionem continent, hic recitabimus: ταῦτα γανεβόντες οὐ-

Petrav. De
doctri. temp.
libr. 10, cap.
24.

Scalig. in Eu-
feb. Chron.
Origen. in
Manh.
Luc. 23, 44-45.

Significasse volunt naturalem Eclipseim. Fallitur etiam Origenes, qui quod apud Lucanum, pro eo quod vulgo legitur, καὶ στρεπτὸς ἐγένετο ἡ θλιψιὴ ὅτι οὐλίον τὸ γλυκάντιον, καὶ στονόν θλιψιὸν. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, & obscuratus est Sol; exemplaria nonnulla habuerint, καὶ στρεπτὸς ἐγένετο ἡ θλιψιὴ γλυκάντιον, καὶ στονόν θλιψιὸν. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, deficiente Sole; supposita haec opinatur ab Hæreticis, ad depravationem sententia, ut reprehensionibus obnoxia essent Evangelia. Utcunque enim scriperit Lucas, eadem exurget sententia, ab omni reprehensione tuta. Fallitur & ipse Africanus, qui Thallum reprehendit, quod hunc defectum Eclipsei appellaverit. Mala autem fide Phlegontem citat Bodinus in pestilentia Dialogo, cui titulum fecit, De abditiis rerum sublimium arcanis, in quo Iudaicum omne suum virus evomuit. Fingit enim Phlegontem Eclipsei hanc in annum quartum Olympiadis ccxi adscripturam Phlegon, de loco Solis siluerit. Falli denique videtur Tertullianus, cum ait loco proxime indicato: Deliquum putaverunt, qui id quoque super Christo predicationum non scierunt: delinquum enim vere fuit; at insolitum, & præter naturam. Sed redeamus ad Vossium: Terra motum, inquit, in Bithynia fuisse narrat Phlegon, at silent de terræ motu in Palestina: nempe singulas regiones motu hoc concusfas percensere non instituerat; sed eam notare latitudo habuit, quam vehementer afflactam ac præ multis percussam esse sciverat. Si tam miraculosa, inquit, Eclipseis variis terris fuisse confecta, non solus Phlegon ejus meminisset. Vero, & meminit quidem Thallus; meminerunt & Sinenses: & ut meminisset præter Phlegontem nemo, parum initiali arguento tribuimus. Eadem quoque ratione usus jam ante fuerat Origenes, cum probare vellet Iudeam solam has tenebras sensisse; cujus rationis infirmitas convicta est. Poteramus & Dionysii Areopagitæ testimonio pugnare, qui in Epistola ad Polycarpum, rem à se, & ab Apolloniane Sophista, Heliopoli Ægypti observatae narrat: verum quoniam has Dionysii Epistolas, aliasque ejusdem scriptiones in controversiam vocari video, neque sane immerto, si quid judicio valeo, hac prætermittimus.